mis interpretibus compoſitum in Acta commentarium, quocunque id conſultore decreverit, Eccleſiæ donat atque adeo innumerorum virorum bonorum ſtudiis, qui hactenus vix unum eorum ex auctionibus comparare ſibi poterant, præſidium neque unum neque vulgare in Biblico ſtudio proficiendi liberaliter ſuppeditat? Fruamur his bonis, quousque heroëm excitet DEUS, qui illuſtre hoc primi Chriſtianiſmi monumentum, comportatis ex omni ſacræ eruditionis penu opibus ad ſalutem animarum noſtrarum ita excutiat, illuſtret, exornet, amplificet, ut nonniſi cum ſumma animi delectatione volvi & fructus exinde ad Eccleſiam locupletiſſimus redundare queat! *Scr. Roſtochii, d. 5. Aprilis, MDCCXI.*

JOHAN-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn351737774/18
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG